

Die Mitverschwörer des Catilina sind in Haft; nun wird im Senat über ihre Bestrafung debattiert. Cicero, der für die Todesstrafe plädiert, ruft im Folgenden die Dramatik der Situation in Erinnerung.

1. Qua re<sup>1</sup>, patres conscripti, incumbite ad salutem rei publicae, circumspicite omnes procillas, quae impendent, nisi providetis. 2. Non Ti. Gracchus<sup>2</sup>, quod iterum tribunus plebis fieri voluit, non C. Gracchus<sup>3</sup>, quod agrarios concitare conatus est, non L. Saturninus<sup>4</sup>, quod C. Memmium occidit, in discrimen aliquod atque in vestrae severitatis iudicium adducitur: 3. tenentur ei, qui ad urbis incendium, ad vestram omnium caedem, ad Catilinam<sup>5</sup> accipiendum Romae restiterunt<sup>6</sup>, tenentur litterae, signa, manus<sup>7</sup>, denique unius cuiusque confessio: 4. sollicitantur Allobroges<sup>8</sup>, servi excitantur, Catilina arcessitur, id est: initum est consilium, ut interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem populi Romani nomen atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur.

5. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicavistis: 6. primum quod mihi gratias egistis singularibus verbis et mea virtute atque diligentia perditorum hominum coniurationem patefactam esse decrevistis; deinde quod P. Lentulum se abdicare praetura coegistis; tum quod eum et ceteros, de quibus iudicavistis, in custodiam dandos censuistis, maximeque quod meo nomine supplicationem<sup>9</sup> decrevistis, qui honor<sup>10</sup> ante me est habitus<sup>11</sup> nemini. 7. Quae sunt omnia eius modi, ut ei, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.

<sup>1</sup> Qua re: daher, deshalb.

<sup>2</sup> Ti. Gracchus wurde erschlagen, als er sein politisches Amt gesetzwidrig ein zweites Mal bekleiden wollte.

<sup>3</sup> C. Gracchus kam zu Tode, nachdem er (nach Cicero) politische Unruhen angestiftet hatte.

<sup>4</sup> L. Saturninus wurde getötet, nachdem er einen politischen Gegner erschlagen hatte.

<sup>5</sup> Catilina, -ae, m.: (L. Sergius) Catilina, Kopf der catilinarischen Verschwörung.

<sup>6</sup> resisto, -ere hier: bleiben.

<sup>7</sup> manus, -us, f hier: Schriftproben.

<sup>8</sup> Allobroges, -um, m.: die Allobroger. Der gallische Stamm war an der Verschwörung beteiligt.

<sup>9</sup> supplicatio, -onis, f. hier: Dankfest.

<sup>10</sup> qui honor = ... honorem, qui ...

<sup>11</sup> habeo, -ere hier: zuerkennen, verleihen.